



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

ἡ ἐκείνηται ἡρώδης, ὅς τις ποιῶναι τὸν λαὸν μὴ τὸν
ἰσχυρῶς.

Hæc inter se concilianda sunt, vt vnum eundem-
que sensum efficiant, cum verborum diuersitas nega-
ri non possit.

S. 2. Septuaginta interpretum lectio variat, vt
dixi. Quædam enim exemplaria habent, καὶ τὴν βηθ-
λεὴμ οὐκ ἐν ἰσχυρῶς, alij vt ante citavi, alij tantum:
καὶ τὴν βηθλεὴμ ἐν ἰσχυρῶς. Romana vero editio habet:
καὶ τὴν βηθλεὴμ ἐν ἰσχυρῶς. Et tu Bethleem Ephrata. Quod

olim etiam
lectum est,
non mini-
ma.

vero positum est; ὁλίγος, minima, multa exemplaria
habent, καὶ ὁλίγος, non minima. Atque ita citat Ter-
tull. l. contra Iudeos c. 13. Et Cyprian. l. 2. testim. ad-
uersus Iudeos. Nec ex Matthæo citant; quia Tertul-
lianus expresse Prophetam nominat. Et Cyprianus
hoc modo. Et tu Bethleem domus Ephrata non exigua es, vt
constituatur in millibus Iuda. Prophetæ igitur verba reci-
tans, negationem adiungit. Sic Orig. l. 1. contra Cel-
sum, Euf. l. 6. demonstr. c. 13. Hinc tamen concluden-
dum non est, veterem Hebræum textum, & nostram
latinam versionem erroneam esse; potuerunt enim
70. mutare verba retento sensu, vt fecit Matthæus.
Plurimi vero libri 70. negationem adiungunt; &
probabile mihi videtur, ex Matthæo in veterem Gre-
cum textum irrepsisse. Itaque non aliter textus
corrigendus, sed conciliandus est.

S. 3. Græcæ lectiones, quæ habent καὶ βηθλεὴμ, &
καὶ ἐν ἰσχυρῶς ad Hebræum, Latinum, Chaldaicum, cor-
rectiora Græcæ exemplaria corrigenda sunt. Ita enim
conuenit, vt vniuersis linguis discerpens versio ad proto-
typum, & alias versiones emendetur. Deinde cum
Bethleem non sit καὶ ἐν ἰσχυρῶς, hoc est, alius viri,
qui eam condiderit, verum sit ipsa Ephrata, binomi-
nis enim fuit, vt Byzantium & Constantinopolis: Lu-
tetiæ & Parisij. recte dicitur, Bethleem Ephrata. Sensus
enim est; Et tu Bethleem, quæ olim Ephrata eras.

Eandem urbem esse docet Scriptura Gen. 35. 19. Mor-
tuis est ergo Iacob, & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam,
hæc est Bethleem. Et 48. 7. Et ingressus est Ephratam, & sepe-
liuit eam iuxta viam Ephrata. Prophetæ igitur cum in a-
lia quoque in tribu Zabulon ride esset Bethleem, si-
gnanter hanc Iudææ expressit, Idque aptissime Mat-
thæus non verba singula, sed ipsam sententiam expli-
cando reddidit, καὶ ἐν ἰσχυρῶς, terra Iuda. Etenim cum Herodes

talium rerum esset incuriosus, obsecrum erat illi no-
men Ephratæ, cerdæ autem mittendi erant Magi. Quæ-
admodum nunc, si Turcam Byzantium pro se iu-
beres, incertum quo mitteretur, reddes. Ad institu-
tum autem accommodare monuerunt Bethleem Iu-
dææ esse, non aliam. Qui Ephratam, & Bethleem con-
ditores existimant, incerta persequuntur. Qui enim
l. Par. 4. 4. vocantur Ephrata, & Bethleem, non
possunt esse conditores. Chur, inquit Scriptura, primo-
genitus Ephratæ, patris Bethleem. Et c. 2. 20. Salma est pa-
ter Bethleem. Iacob enim sic loquitur Gen. 48. 7. Et se-
peliuit eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur
Bethleem. Verus igitur erat nomen Ephrata & Beth-
leem, posterius remansit, prius perijt. Multo magis er-
rant, qui ab ἡραβ Ephratæ vxore Caleb dictâ putant.

l. Par. 2. 24. Ingressus est Caleb in Ephrata, & 70. ἐν ἰσχυρῶς
Iuda. Vbi textus Hebræus habet כלהב
in Caleb Ephrata, idq; absque sensu, quocirca
etiam Iun. & Trem. Calviniani mutant, כלהב quod
signum est, non vsquequaque Hebræum textum esse
authenticum, vt nihil erroris contineat.

S. 4. Conciliationis primatio est. Vt dicant fac-
tores vel errore, vel obliuione lapsos, vel etiam
inadvertentia. I. Gloss. Comm. Hieronymi, Canus l. 2.
c. 14. de locis Theolog. Anselmus etiam, & D. Tho-
mas. Atque ita Matthæus vere falsam eorum citatio-
nem retulisse dicendus esset.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Verum eam sententiam probare nunquam potui. Imo contrarium potius ex actis demonstratur; si enim
obscurare oraculum voluissent, vocassent Bethleem
Ephratam, non terram Iuda; non enim est eius, qui
abscondere voluerit sensum Prophetæ, clarioribus v-
ti verbis. Deinde vere omnino respondent, & vero tes-
timonio probant: cur igitur in re quæ nec illis prode-
rat, nec Herodi oberat, non sincere agerent? Nesciuis-
se; vel memoria lapsos non crediderim. Nam tempore
illo diligens studium scripturarum erat, & Hierosoly-
mis centuriæ scholarum. Florebant Gamaliel, Simeon,
Zacharias, omni sabbatho scripturæ in Synagoga le-
gebantur; præcipue illa loca quæ de Messia agebant.
Qui igitur fieri poterat vt locum tam nobilem, omni-
bus notum, alio sensu totum concilium profertret?
Nec dubitare licet rege turbato, tota vrbe suspensa, il-
los libros consuluisse, in medio protulisse. Alioqui cū
passim in manibus libri haberentur, nō modo omniū
se ludibrio exposuissent, sed extremum quoque dis-
crimen adissent; si in re tam magna, seria, qua regni
successio verteretur, Herodi fucum facere voluissent.
Cur id diceret de quo omnes mox coargui poterant?
Norunt Herodem in causa regni in liberos laui, qui
nunquam tam paruum peccatum in causa Maiestatis
esse putauit, quod non morte plectendum iudicaret. sum erat
Cum ergo nullo suo commodo, vel inimicorum dā-
no illud re regi potuissent; non est ratio, cur putemus re-
eos infamiam, & periculum subire voluisse, vel ex pro-
posito, vel insigni negligentia. Nec firma est ratio, qua
vtuntur, qui sic iudicant. Quia enim Herodes plerum-
que ex Concilio Sanedrin occidit, doctos quosque
perijisse suspicantur. At inter tot milia amulantium
legem, totque occisorum collegas, & discipulos non
fuisse, qui Prophetam recte legerent, non est credi-
bile.

Alij suspicantur fieri potuisse, vt cum tot haberent,
deuotioris, & commentarios, facile potuisse verba
alicuius glossæ pro authenticis adferri: cum Christus
ipse obijciat, propter traditiones suas Dei mandata negle-
xisse. Credi hoc posset, si vnus quispiam, obiter de
memoria testimonium recitaret; at in publico concil-
lio, omnes in vnum errorem consensisse; nec fuisse,
qui errorem aduerteret, moneret, librum aperiret, pla-
nè non est verisimile. Memini anno 1611. a Iudæo non
impero commentarium pro textu mihi oblatum fu-
isse; at id fieri ab integra synagoga haud facile depre-
hendas. Minime hoc tempore, & loco, vbi Herodes
turbatus, timens, infestus, ideoque seipso lenior. An
his ille negligenter, aut fraudulenter agentibus par-
ticiparet, qui infantum sanguine securitati suæ consulere
voluit? Nec deerant in aula regis adulescentes, atque ex
ipsis scribis, qui Biblia reuoluere, & errorem, aut frau-
dem indicare possent.

S. 5. Multorum illa est interpretatio, in Prophetâ Paruâ Be-
thleem aduersatiua omitti, vt Psalm. 118. v. 141. & v. 146. Bethleem
157. vt sensus sit, Paruula es in millibus, sed tamen magna, sed magna.
Euangelista id quod ad rem faciebat, ponendum duxit.
Magnitudinem scilicet ex Christo nascituro. Re-
uera enim sensum Prophetæ esse Bethleem, paruulâ
esse, sed magnam tamē, paruam ambitu, ciuibus, ma-
gnam alumnio. Additur enim, ex te enim exiet: Quæ ra-
tio, non paruam sed magnam ostendit urbem, & præ-
cipue claritas. Est hæc plurimorum, & verissima in-
terpretatio, verum Iudæorum cauillis non perinde li-
bera. Particula enim causalis, quæ est in Matthæo, in
Prophetâ textu desideratur.

S. 6. Erasmus Michæam censet dicere paruulam. Non mini-
esse, at verò Matthæum, cum dicit, non minimam man esse,
esse, idem asserere, sed hyperbolice, & intensâ ne quidem
significatione, hoc modo: Ne minima quidem in numero
es, seu non es in numero & catalogo urbium, minima-
ne vltim.

Sacerdotes
non viden-
tur per-
uerisse re-
xtum.

Non fuit
causa cur
testimonij
celarent.

Sacerdotes
libros con-
sulerant.

Periculo-
sum erat
maleciti-
no illud re
regi potuissent;
cur putemus re-
eos infamiam,
& periculum
subire voluisse,
vel ex pro-
posito, vel in-
signi negligentia.

Post cadem
Sanedrin
supererant
viri docti.

Nec fraudo
nec negli-
gentia de-
his ille negli-
genter, aut
fraudulenter
agentibus par-
ticiparet,
sacerdotes,

Paruâ Be-
thleem
157. vt sensus
sit, Paruula es
in millibus, sed
tamen magna,
sed magna.

Non mini-
esse, at verò
Matthæum, cum
dicit, non mini-
mam man esse,
esse, idem asse-
rere, sed hyper-
bolice, & inten-
sâ ne quidem
significatione,
hoc modo: Ne
minima quidem
in numero es,
seu non es in
numero & cata-
logo urbium, mi-
nima-
ne vltim.

ne vltimo quidem loco, vt cum hominem vilissimū negamus in numero hominum censeri. Sic etiam Apostolus ait, ea quæ valde sunt abiecta, ea quæ non sunt. Huic interpretationi obstant duo. Primum est, quod Bethlehem adeo abiectum oppidum non fuerit, siue antiquitatem spectes, siue terræ fecunditatem, ob quam dicta est, domus panis, siue viros fortes, qui ex ea originem habuerunt, vt Abesam Iud. 12. 8. Booz, Dauidem, quin in ea erat statio Philistinorum 2. Reg. 23. 14. Roboam exstruxit, seu munivit, vt alias vrbes in Iuda, 2. Par. 11. 6. Non adeo abiecta erat, vt non posset numerari, sed parua, nec ad magnarum vrbium opes, dignitatemque peruenit. Alterum quod obstat, est, quod Matthæi sententiam noua interpretatio destruit, Matthæus namque in latino, Græco, Syro textu causalem particulam Enim apponit. At non conuenit eam idcirco dici minimam, hoc est, ne vrbis quidem loco habendam, quod ex ea exiturus sit Messias; Hæc enim causa est, cur magna sit habenda, non è numero vrbium reiicienda.

§. 7. Osiander suæ sectæ homo l. i. Harmon. in c. 10. Diuersum plane sensum efficit, atq; ita Euangelistam cum propheta conciliat. Vertit in hunc modum. Et heus tu Bethlema Ephrata, parum est, vt sis inter chiliadas Iuda, Parum sane est, vt sis inter principes, cum sis ipsa princeps, & primaria ciuitas Messie, itaque nō gloriabitur quod in ea Salomon, Obed, Iesse, Dauid fuerint, & tot clarorum virorū fuerit mater. Hoc enim parum est, sed quod ex ea nasciturus Messias. Si igitur Propheta dicit, Parum est, vt sis inter principes, cum sis princeps, & Matthæus; Non minima es, sed eximia in principibus, optimè conuenient vtriusque dicta. Nec Hebræo textui repugnare putat; Illi enim pro neutro genere, quo carent, masculinū & femininū vsurpant. Masculinū Gen. 12. 18. לֹא טוֹב הָיִיתָ אִתִּי לְבָרִי

Non bonus, id est, non bonum, hominem esse solum. Sic hoc loco, paruulus, id est, parum.

Huic interpretationi obstant omnium linguarum versiones, atque interpretationes, etiam recetiorum, & nouatorum. Locutionem inuenit igitur similem illi, quæ est Isa. 49. 6. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fides Israel conuertendas, Ecce posui te in lucem gentium. Confirmatur vero, nam Bethlehem & Ephrata vrbis nomina feminini generis sunt, עִירָא, vero masculinum est, non ergo his substantiuis illud adiectiuum conuenit, sed dicendum esset, זָגִירָא Zaghira, non Zaghira. Respondet ad hoc noster Ribera de vrbe, vt de homine Prophetam loqui, & consentaneum rationi est; quia cum urbem alloquatur, intelligentem personam videtur eidem tribuere. Habet tamen illa responsio suam difficultatem; Vrbium enim & regionum nomina, cum sic vsurpantur, feminina esse solent, Virgines, & filia, non viri, aut filij dicuntur. Deinde repugnat Matthæus, qui de Bethlehem, vt de vrbe loquitur, מִן הָאֵרֶץ תְּרָא Iudæa terra Iuda. Sic enim exprimere voluit vt clare loqueretur, solebat enim frequenter hoc adiungi, vt Iudic. 17. 7. Bethlehem Iudæa, atque eodem modo 1. reg. 17. 12. Ruth. 1. 2. Hac igitur ratione maior inter Euangelistam, & Prophetam dissensio ostenderetur. Commodius itaq; responderi posse arbitror, si id quod reuera factum est, perpendamus. Ciuitas illa in tribu Iudæa posita, sex à Ierusalem milliariibus, dicebatur nomine composito, & scribitur à Propheta בֵּית-לֶחֶם, hoc est domus-panis, בית Beth est generis masculini, ad hoc Propheta respexit, & 70. qui אלֶפֶים, non אלֶפֶים vetterunt, eos autem subaudiuisse אלֶפֶים ex eo constat, quod in multis exemplaribus legatur ascriptum. Propheta igitur de Bethlehem loquitur, vt de domo panis eius, qui de caelo descendit. Clarum fuerit, si pro domo panis legamus, locum panis, Et tu loci panis paruulus es.

Ex hisce perspicuum est, non esse certam aliquam rationem cur nouam versionem, nouamq; interpretationem comminisceretur Osiander. Nam vtique; verbum עָרָא id significet, non tamē cetera permittunt. Si enim ad imitationem Isaia loquitur Michæas, oportet voces construere cum in finit uo. Sic Isaia loquitur עָרָא לִי מִדְּרֹוֹקָא, hoc est ad verbum; Hebræum Parum ad essendum, vel ad esse te mihi seruum. quod vertunt latinius, Parum est, vt sis. Septuaginta tamen suæ uerit, linguae idiotismum retinentes dixerunt, τὸ ὀλίγον, & τὸ ἐλάχιστον. Quod si hunc locū eo modo explicemus, mutanda erit Syntaxis, dicendumq; in Hebræo: עָרָא לִי Veethecha, non Veattha, Et te Bethlehem Ephatha parum est ad existere vel esse in millibus, quod Osiander omnium censor, non perpendit. Deinde non est visitata illa traiectio in Hebræa lingua. Et te Bethlehe Ephrata parum est ad esse in millibus, verbum enim præponitur, Parum est te Bethlehem, vt & in Germanica lingua. Nemo recte vteretur locum Isaia. Das du mein Knecht bist/ ist ein geringes/ die geschlecht Jacob aufzurichten. Sed hoc modo. Ist ein geringes/ das du mein Knecht bist/ die geschlecht Jacob aufzurichten. Quæ ratio etiam in Hebræo valet, imo durior est traiectio, & exemplis carens.

§. 7. Facillima omnino mihi videtur, & Prophetæ conuenientissima expositio, quæ non paucis nostro tempore placuit, vt apud Prophetam sit interrogatio ex earum genere quæ vehementius negant, quæ proinde rectissime sensu reddito per negationem adiecta sit expressa, ita Ianfenius; clarius, Ludouicus Vives scholijs in Augustinum de ciuitate Dei in l. 18. c. 30. Ribera noster refert libros Gothicos S. Ildori. & Biblia item Gothica in Ecclesia Tolitana habere, Nunquid paruula es. Nam reuera Propheta eius magnitudinem & dignitatem voluit ostendere, quod non modo clarorum virorum, & regum, sed Messia etiam genitrix futura esset, cuius exitus à diebus æternitatis. Nec refert particulam interrogatoriam non præponi, vultu enim, vocis sono, accentu ita interrogamus, vt facile appareat, non affirmationem, sed questionem esse. Alijs ironiam esse magis placet, vt est illa 3. Reg. vltimo: vbi Propheta Michæas loquitur. Ascende & vade prospere, & tradet Dominus in manus regis. Ita hic quoque dicit Propheta, Et tu Bethlehem paruula es, scilicet, vt vulgus arbitrat, in millibus Iudæa, cum ex te exiturus sit Messias. Atque hæc de Prophetæ & Euangelistæ conciliatione, de qua tamen Origenes l. 1. cōtra Celsum omnia carpentem non laborat, sed negationem adiungit Prophetæ verbis, vt dubium non sit hominem in lectione scripturæ, & versionibus diligentissimum, eam in veteribus libris legisse. Quia tamen videro alios hac in re laborasse, nihil affirmare tale ausim.

§. 8. Quod Propheta in millibus, Matthæus in principibus dicit. In Propheta vetus interpres: in millibus, & LXX. & αὐτῶν, ita quoque Chaldæus; at in nouo constanter habent ἐν χίλιαις, Syrus habet במלכא in regibus. Neque satis esse videtur אלֶפֶים & millia & principes significare, cum vnum ex alio non deducatur, videaturque, aut vetus, non noua scriptura errasse.

Respondendum est igitur vtrumq; sensum in vtroque esse inclusum vtrumq; vero à Spiritu Sancto inclusum. Nā idem est esse in millibus, & esse in principibus non minimā. quod vt intelligatur notandū est, אלֶפֶים esse mille, אלֶפֶים alaphim millia. Deinde vocabulū affine אלָרֶם esse ducē, proprie millenariū, seu chiliarchā, extendi tamen ad alios, itē Auctōrē, doctōrē, ita Gen. 36. 15. Zach. 9. 7. Verū norandum & illud: omitti aliquādo י, vt Gen. 35. 30. ac tū nō differre quoad cōsonantes ab אלָרֶם. Sic loco citato אלָרֶם אלֶפֶים Alphehem: duces

Bth lehem
non erat
omnino
abiecta.

Osiandri
cōciliatio.

Osiandri
expositio
contra om-
nes est.

Vrbes filia-
bus compa-
rantur.

In בית-
לֶחֶם re-
spexit Pro-
pheta ge-
nus nomi-
nis appel-
latum.

Osiander
Hebræum
textum.

Apud Pro-
phetam
negationē
legendam
est.

Interroga-
tio vultu
magis quā
verbis ex-
tendatur.

In millibus
& in prin-
cipibus.

אלָרֶם
& mille.

duces eorum. Hinc quod apud Prophetam ponitur בִּלְחֵם Bealphe in regimine, si literas spectes utrumque; designat, & in millibus, & in duobus, seu Chiliarchis. Licetque est utroque modo vertere. Eundem etiam sensum esse constat: Cum enim Israel in tribus, illa per familias, & Chiliadas distributa essent, singulis porro millibus praeessent Chiliarchæ, confuse his loquebantur; ponendo familias pro cætu & principibus, & principes ipsos, pro cætu. Sic Iud. 6. 15. בִּלְחֵם familia mea, seu Chiliad mea. Sic Exod. 18. 21. Num. 1. 16. & 10. 4. Deur. 1. 15. 1. Reg. 8. 12. & 17. 18. Sensus igitur est, Bethlehem nequaquam minima est comparata tot Chiliarchis Iudæ; nam illa suam dignitatem eximiam habet; vel comparata millibus seu familiis Iudæ. Vt quoque enim modo confertur millenariis, seu principibus. Nam Bethlem, hoc est princeps eius, & familia, comparatur principibus & principibus aliis. Si enim comparo Britannum regem Franco, aut Coronæ Coronam, aut regnum regno, eodem sensu intelligitur, non enim personam personæ, sed reges quæ reges sunt, & regna confero.

§. 9. Causa adiungitur comparationis, non verus, sed noua, & magna, quia exiet dux. Nempe Rex regum, Christus; Iudæi teste Chrysostomo, Theodor. Theophylact. in hunc locum, de Zorobabele interpretati sunt. Zorobabel enim filius Salathielis Babylonis natus est; forte Bethlehem nunquam auraro adiit. De nascituro non de mortuis querit Herodes. Post Michæ vaticinium, nullus celeberrimus ducum natus est Bethlemæ. Nec Zorobabel tantuserat, nec proprie מֶלֶךְ dominator, sed Persæ obnoxius, & eius iussu regnans. Si igitur urbs illa ab alumnorum aliquo prerogatiuam habitura erat in Israel, & ex Davide eam habere poterat, aliisque qui in ea nati, Zorobabele maiores fuerunt. Denique non conuenit Zorobabeli, quod propheta adiunxit, Egressus eius a diebus æternitatis.

Quod vero noster veritatem non mutaret, pascet, aliaque non mutant, sed exponunt sententiam. Non enim solent verba annuere Evangelistæ. Quo ipso ostendunt, quantum à vero aberrant, qui scripturas perpetuo iactant, sensum eius vel non percipiunt, vel depravant. Locum notare Evangelistæ voluit, sensum omnibus notum indicare, Vnde discimus in illa Ecclesia non modò scripturæ verba, sed sensum quoque fuisse. Omnium enim iudicio constabat, de Christo locum Prophetæ, non de alio quopiam rege vel duce intelligendum.

§. 10. Iudæos Tertullianus etiam hoc loco confutat; frustra eos Messiam expectare de Bethlehem nasciturum, cum nemo in illa Iudæorum esse possit. aduersus Iudæos, c. 12. Igitur quoniam filij Israel adfirmant nos errare recipiendo Christum, qui iam venit, presertim eis ex ipsis scripturis, iam venisse Christum, qui nunciabatur. Nasci enim eum oportuit in Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est in propheta: Et tu Bethlehem non minima es in duobus Iudæ. Ex te enim exiet dux qui pascat populum meum Israel: Si autem natus adhuc non est qui processurus dux de tribu Iudæ ex Bethlehem nunciabatur, oportet enim eum de tribu Iudæ & à Bethlehem procedere: animaduertimus autem tunc neminem de genere Israel in ciuitate Bethlehem remansisse, & exinde quod interdictum est, ne in conspectu ipsius Regionis de moretur quisquam Iudæorum, ut hoc quoque esset adimpletum per prophetam: Terra vestra deserta, ciuitates vestrae igni exusta, id est, quod belli tempore eis euenerit, regionem vestram in conspectu vestro exteri comederunt, & deserta & subuersa erunt à populis alienis. Et alio loco sic per Prophetam dicitur: Regem cum claritate videbitis, id est Christum facientem virtutes in gloria Dei Patris, & oculi vestri videbunt terram de longinquo: quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Ierusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam o-

culis tantum videre permissum est. Anima, inquit, vestra mendicabitur timorem, scilicet quo tempore excidium sui passi sunt. Quomodo igitur nascetur dux de Iudæa, & quatenus procedet de Bethlehem, sicut diuina Prophetarum volumina nunciant, cum nullus omnino sit illic in hodiernum derelictus ex Israel, cuius ex stirpe possit nasci Christus.

Efficax hoc tempore argumentum est, nemo enim domo David aut superest, aut superesse sciri potest. Etsi enim forte ex regia familia aliquis superstit, nemo tamen est, qui id non modo probare valeat, sed ne quidem qui id falso iactare audeat. Non igitur testimoniis vilo ostendere possunt Messiam suum esse de domo David; perinde autem in hoc genere est, vel non esse vel non posse probari.

Documenta genealogiæ perierunt, postquam ille genitus est, propter quem olim seruabantur.

§. 11. Denique præterire non debeo Caluini errorem, ut qui pueriliter ipse labatur, aliis nihil ignoscat. Et quia, inquit, Græce scribebat, receptam lectionem secutus est. Nam ex hoc loco, & similibus colligere promptum est, lingua Hebraica non fuisse ab eo compositum Euangelium.

An obsecro vnquam ille Græcam lectionem inspicit qui ita loquitur? Supra lect onem Septuaginta attuli, eiusque varietatem. Nul'a est, quæ non æque à Matthæi lectione discrepet, atque Hebræa. Ad collationem contextus appello.

Quomodo igitur receptam lectionem secutus est? Quod si Caluinus Matthæum negat Hebraice scripsisse, quia verba Hebræa de verbo non exprimit; concludam ego pari ratione, ne Græce quidem scripsisse; quia Græcam lectionem non est secutus. Verum hac de re sat dictum in prologomenis.

QVÆSTIO II.

Rectene Hieronymum Erasmus hoc loco accuset?

§. 1. Hieronymus ad Pammachium de hoc loco, alii que disputat, nec rem definit, sed nec opus erat definitione ad eius disputationis institutum. Hoc autem temere arripit: Erasmus grauius eum accusat, & Erasmi imitator Ludouicus Viues, in c. 30. l. 18. de ciuit. Summa in eo est, quod Hieronymus dicat Apostolos potuisse in hisce testimoniis proferendis errare. Verba Erasmi proponam, deinde respondendo: Quamquam autem dicta magni doctoris preces scripserim ad fidem pertineant; Quia tamen ferendum non est, prout iam illum aliena temeritate in tam grauem suspicionem per vocari, hac quasi digressiuncula eum defendendum suscepi: idque etiam Sectariorum causa; qui non modo Hieronymi accusandi occasionem arripiunt auarissima importunitate; sed etiam eleuandæ diuinorum literarum auctoritatis sumunt audaciam, ut ex Vorstio, aliisque docui alio in loco. Huic tanto flumini cohibendo, quo primum patrum sepes, limitesque obruantur; deinde Prophetarum, & Apostolorum fundi euertuntur ab omnibus mature obices ponendi sunt. Erasmus vero audiamus. Testimonium hoc sumptum est ex Michæ capite quinto. Diuus Hieronymus ingenue fatetur, id quod refertur à Matthæo, neque cum editione Septuaginta, neque cum Hebraica veritate per omnia conuenire: siue quia voluerit Evangelista studiose referre, sicut ab illis fuit receptum, ut ostenderet Scribarum & Phariseorum in diuina scriptura negligentiam: siue iuxta quorundam opinionem, quod ipsi Evangelistæ testimonia sua huiusmodi non è libris de prompterint, sed memorie fidentes, ita ut lapsi sint: quandoquidem deprehenditur aliquoties in sensibus quoque nonnulla diuersitas,

Scribas pu-
rat male
protulisse.

Hieronymi
verba.

Legē scie-
bant Pha-
risaei.

Durū di-
cere, me-
moriam la-
pso Apo-
stolos.

Accusatio
Hierony-
mi.

ueritas, ut verba prudentes neglexerint. Atque hic sa-
ne ne quis offendi possit infirmior, aut etiam moro-
rior, non grauior ipsa Hieronymi verba subscribere
ex huius loci commentariis. Quod inquit, testimo-
nium nec Hebraico, nec Septuaginta interpretibus
conuenire, me quoque tacente periculum est, & ar-
bitror Matthaeum volentem arguere, scribarum &
sacerdotum erga diuinam scripturam lectionem, negli-
gentiam, sic etiam posuisse, ut ab eis dictum est. *Sunt*
autem qui asserunt, in omnibus pene testimoniis, quae de veteri
testamento sumuntur istiusmodi inesse errorem, ut aut ordo
mutetur, aut verba, & interdum sensus quoque diuersus sit,
vel Apostoli, vel Euangelistae, non ex libro carpentibus testimo-
nia, sed memoria credentibus, quae non nunquam salitur. Ha-
ctenus Hieronymi verba recensimus. Apparet autem
hoc loco virum eruditissimum magnis fuisse co-
strictum angustiis; unde vix explere se potuerit.
Nam prior illa ratio, quam suo nomine fert, ut cum
sanctissimi viri pace dixerim, coactor videtur & affe-
ctator. Primum enim id quod sequitur, sic enim scri-
ptum est per prophetam, non minus commode potest
ad Euangelistam quam ad Pharisaicum personam re-
ferri. Deinde nusquam repetire licet, Phariseos & scri-
bas in hoc natos, quod legem ignorarent, sed quod
ambitione & avaritia corrupti, videntes non viderent.
Etenim iuris peritus rogatus à Christo, quid legeret de
magno mandato, respondet incontinent: Diliges De-
um tuum, &c. & ille approbato illius respon-
so: Hoc fac, inquit, & viues. Porro Saducaei dictum est,
Non intelligentes scripturas. Arbitror autem eundem esse
locum qui narratur Luca decimo, Matthaei vigesimo
secundo, & Marci duodecimo: apud Lucam iurispe-
ritus interrogatus Domino respondet, apud Matthaeum
Dominus respondet, quemadmodum & apud Marcum.
Sed ipse Marcus praebet ansam soluenda dissonantiae,
apud hunc enim scriba repetit & approbans Domini
respondum velut interpretatur. Apud Matthaeum ve-
ro sit mentio, Pharisaeorum qui per legis peritum pro-
ponunt questionem. Iam altera defensio, quam alio-
rum nomine recenset Hieronymus, aliquanto etiam
est durior: Videlicet memoria lapsos Euangelistas,
sepenumero dissentire verbis ab Hebraeo, nonnun-
quam & sensibus. Et hanc sententiam ita refert alio-
rum titulo, ut tamen non infectetur velut impiam.
Notauit hunc locum idem Hieronymus in libello ad
Pammachium de optimo genere interpretandi, pal-
lam ostendens Euangelistam non solum verbis dissi-
dere à Propheta verbis, verum etiam sensum prorsus
*esse contrarium. Nam quod est in Hebraeo, *Parrulus es**
in millibus Iuda, & septuaginta vertunt: Medicus es
utis in millibus Iuda, Euangelista dixit: Nequaquam
minima es in millibus Iuda. Et tamen Propheta sensum
magis approbare videtur Hieronymus, ostendens
eum consentire cum verbis Domini Pauli. Elegit infirma
mundi Deus, ut confundat fortia. Atque hunc locum
ita claudit Hieronymus: Haec replico, non ut Eu-
angelistas arguam fallitatis, hoc quippe impiorum est,
Celsi, Porphyrij, Iuliani, sed vere prehensores meos
arguam imperitiae, & impetrem ab eis veniam, ut con-
cedat mihi in simplici epistola, quod in scripturis san-
ctis, velint, nolint, Apostolis concessum fuit. Haecenus
Hieronymus. Certe Hieronymus non id postulat sibi
concedi, ut sensum reddat contrarium, sed ut aliis
verbis eandem esset sententiam. At in Euangelista
facit sensum prorsus esse pugnantem cum sensu
Prophetae. Quod si conceditur Euangelista, multo
magis ignoscendum sit Hieronymo. At fallitatis cri-
men abominatur in Euangelistis, & per hoc ipsum
non item. Neque enim continuo forte vacillet
totius scripturae Sacrae autoritas, si ubi variant, vel in
verbis, vel in sensu, modo summa constet eorum rerum,

de quibus agitur, & unde cardo pendet nostrae salu-
tis. Vt enim spiritus ille diuinus mentium apostolica-
rum moderator, passus est suos ignorare quaedam, &
labi, errare quae alicubi iudicio sine affectu, non solum
nullo incommodo Euangelii, sed hunc etiam ipsum
errorem veritatem adiumentum nostrae fidei: ita fieri po-
tuit, ut sic temperat organum Apostolicae memoriae,
ut etiam si quid humano more fugisset, id non solum
non derogeret fidei diuinam scripturam, verum etiam si
dem arroget, apud eos, qui alioqui de composito scri-
ptum calumniari poterant. Quod genus sit si nomen
pro nomine sit positum, id quod alicubi factum fere-
tur Hieronymus, aut si quid non suo narratur ordine,
in quo sepe numero torquetur veteres interpretes: Et
Hieronymus in praefatione commentationum quos
scripsit in Matthaeum, testatur, *Marcum ea quae audiuit à*
Petro iuxta fidem gestorum retulisse potius quam ordine. Spi-
ritus ille caelestis totum hoc salutis nostrae mysterium
arcanis consiliis & abstrusis humano ingenio rationi-
bus moderatus est. Neque nostrae facultatis est, neque
Christianae modestiae, quibus modis suum negotium
temperat, praescribere. Solus Christus dictus est veri-
tas, unus ille caruit omni errore. Adfuit spiritus diui-
nus & Diuo Cypriano, ut est probabile, & tamē qua-
dam illius reiciuntur ab orthodoxis: adfuit & Hiero-
nymo, reiciuntur & huius nonnulla: adfuit Augusti-
no, atque ipse quaedam sua recantauit. Prima quidem
authoritas debetur Apostolis & Euangelistis: Sed sic-
ri potuit, ut Christus occulto nobis consilio, quiddam
humanum in his quoque iudicare voluerit, perspicuus non est, fa-
hoc ipsum ad humani generis restitutionem condu-
cere. Poterat suos semel omni ignorantia, omni libe-
rare errore, at iuxta Augustinum & post acceptum spi-
ritum sanctum de liquit Petrus, & ita deliquit, ut à Pau-
lo meruerit acriter obiurgari. Dissentit à Barnaba Paul-
lus, quod fieri non potuit, nisi alterutro errante. Quod
si prorsus existemus labefactari scripturam totius au-
toritatem, si vel leuissimus error yquam insit, certe
plusquam probabile est, in omnibus exemplaribus,
quibus nunc videtur Ecclesia Catholica, nullum esse ta-
emendatum, cui non vel casus, vel studium alicuius,
mendandi nonnulli lapsus sit. Si placet superior ra-
tiocinatio, aut hoc plane negandum est, ut labafcet
vniuersa fides scripturae. Atque haec dixerim, optime le-
ctor, non quod huius sententiae velim vel auctor esse,
vel patronus, sed si qui forte sunt, qui putent huiusmo-
di nodos, quos aliquot necit Hieronymus, explicari
non posse, ne protinus sic interpretentur, ob vnum aut
alterum verbum, labefactandam totius scripturae S.
auctoritatem, iniquiores erga sacros libros, quam erga
prophanos. Grauis auctor est Sueronius, etiam in vno,
aut altero loco lapsus esse comperitur. Quod suffi-
gium si non recipitur, equidem malo credere, vel apud
Hebraeos, vel apud nos, locum esse deprauatum, aut
si quid mutatum est diuino consilio in melius: aut de-
nique scripturam quidem esse sinceram, sed nostram
imbecillitatem non allequi mysterium. Illud repetam
si Hieronymo fuisset Euangelium Matthaei scriptum
Hebraice, hoc sane loco testimonium illius adduxis-
set. Quanquam autem impudens videri possit, si nos
conemur explicare nodum, quem Hieronymus ipse
non explicat, explicaturus haud dubie, si potuisset: ta-
men illud secum perpendat velim lector prius, ac dili-
gens, num hac ratione possit ex angustiis his emergi,
ut dicamus, subito in medio sermone personam com-
mutatam; quod alias quoque factum animaduertimus
in sacris literis. Imaginemur; Propheta verba sic re-
citari, vel à Phariseis, vel ab Euangelista, ut de suo no-
nihil admisceat, quod tamen haudquaquam aduer-
setur sensui prophetiae. Siquidem cum propheta sentiret
antea Bethleem humile, contemptumque fuisse praeca-
teris

teris Iuda ciuitatibus, tamen futurum, ut eiusmodi partu edito, superet omnes felicitate, celebritate: quod a Propheta dictum erat, tacuit Euangelista, quod sensu explicuit, non ad id tempus respiciens, quo haec scripsit Propheta, sed ad sua tempora, quibus edito Iesu, desit esse minima Bethleem, ac maxima caput esse, perinde quasi dixisset: Quod olim praedictum est a vate, fore ut ex omnium minima heres omnium maxima, id iam contigit.

§. 2. Haec quae contra sanctum Hieronymum dicuntur, magna cum iniuria sancti viri proferuntur. Quod ad eius & veritatis defensionem omnino cognoscendum est.

Primo ait testimonium nec cum Hebraico, nec cum septuaginta interpretibus conuenire. Quod idem fieri potest, quia verbis discrepare, sensu conuenire illa de quibus disputatur, *in casu* possunt.

Deinde Euangelistas aut Sacros Scriptores, memoriam lapsos non dixit Hieronymus, sed ita refert alios sensisse. Non esse illam Hieronymi sententiam ex ipso clare omnino doceo. Nam Euangelistas non arguit falsitatis, quod ait, esse Celsi, Porphyry, &c.

Hieronymus in quo in simplice Epistola, quod illis concessum est, & quidem sanctissimo viro in mentem venit, ut sibi concedi potestatem peruenirent sensum, aut contrario sensu vertendi, aut sane, ut de memoria fallente recitatus falleret. In primis consideranda est quaestio, quatenus controuertebatur. Epistolam S. Epiphaniij Hieronymus interpretatus est, amuli calumni bantur, verbum verbo cum non reddidisse, ita enim ille, de optimo genere interpretandi queritur. cap. i. Deditque aduersarius contra me latrandi occasionem, ut inter imperitos conuenerit. Me falsarium, me verbum non expresse de me sententia. Hoc genus interpretandi damnat. Ita se B. Anselmus non tonium transposuisse, ut nihil desit ex sensu, desit ex verborum bis. Alij syllabas aucupentur, inquit, & literas, tu quare sententiam sentias. De ea igitur versione loquitur, qua integro sensu, verba variant.

Hieronymus conuenienter. Me falsarium, me verbum non expresse de me sententia. Hoc genus interpretandi damnat. Ita se B. Anselmus non tonium transposuisse, ut nihil desit ex sensu, desit ex verborum bis. Alij syllabas aucupentur, inquit, & literas, tu quare sententiam sentias. De ea igitur versione loquitur, qua integro sensu, verba variant.

Neque obstat, quod dicere videatur, sensum esse contrarium; id enim de sensu, qui prima se fronte prodit, ut fieri solet in omnibus, quae sunt in casu apparent, quasi contraria, cum nullo modo talia sint: Verum ipsum audire praestat. In eodem, inquit, Euangelista legimus, Herodem ad aduentum Magorum iussisse latruncibus, scribisque & sacerdotibus congregatis, sistitatum ab eis, ubi Christus nasceretur, illosque respondisse, in Bethleem Iuda. Sic enim scriptum est in Propheta: Et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in ducibus Iuda: ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Israel. Hoc exemplum in vulgata editione sic fertur: Et tu Bethleem domus Ephratae, modicus es, visus in millibus Iuda: de te mihi egredietur, ut sit princeps in Israel. Quanta sit inter Mattheum, & Septuaginta verborum, ordinisque discordia, magis hoc admiraberis, si Hebraicum videris, in quo ita scriptum est: Et tu Bethleem Ephratae, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Considera gradatim, quae ab Euangelista sunt posita. Et tu Bethleem terra Iuda. Pro terra Iuda, in Hebraico Ephratae habetur, in Septuaginta, domus Ephratae. Ut pro, Nequaquam minima es in ducibus Iuda: in Septuaginta legitur. Modicus es, visus in millibus Iuda. Sensusque contrarius est, Septuaginta sibi in hoc duntaxat loco, & Hebraico concordant. Euangelista enim dixit, quod non sit paruulus in ducibus Iuda, cum e regione sit positum, paruulus quidem est & modicus; Sed tamen de te mihi paruulus & modicus egredietur dux in Israel secundum illud Apostoli: Elegit infirma mundi Deus, ut confundat fortia. Porro quod legitur, qui regat, vel qui pascat populum meum Israel, aliter in Propheta esse perspicuum est. Haec replico non vi Euangelistas arguam falsitatis (hoc quippe impiorum est Celsi, Porphyry, Iuliani)

sed ut reprehenses neos arguam imperitia & impetrem ab eis veniam, ut concedat mihi in simplici Epistola, quod in Scripturis Sanctis, velint nolint, Apostoli concessuri sunt.

Non est instituti illius probare eundem sensum esse, nec conciliare loca Scripturae, sed tantummodo demonstrare mirum non esse, si auctoris & interpretis diuersa sententia aliquando videantur. Adeo vero religiose haec in re iudicat, ut cum in vna Scriptura inuenit, quod in alia non est, nihil de alterutra definit. Legimus inquit iuxta Lxx. duntaxat interpretes, in Iesu Naue, ubi tribus Iuda vrbis & oppida describuntur, inter cetera etiam hoc scriptum Theco & Ephrata, haec est Bethleem, & Phagor, & Aetham, & Culon, & Talam & Soris, & Carem, & Galim, & Berber, & Mancho ciuitates vndecim & viculorum: In obscuris quod nec in Hebraico, nec apud alium interpretem, & siue de intelligenteribus libris erasum sit malitia Iudaorum, ne Christus de tribu Iuda ortus videretur, siue a Lxx. additum, nequaquam liquido cognoscens, certum quid nouimus.

In eo igitur totus est, ut de monstrat septuaginta & Apostolos verbum de verbo non reddidisse, sed sensum tenuisse. Dies me, ait, & 3. deficiet, si omnium, quae ad sensum interpretati sunt, testimonia replicauero. Sufficiunt in praesentia nomina, si Hilarij confessorum, qui Homilias in Iob, & in Psalmos, tractatus plurimos in Latinum verius & Graco, nec sum non a sedulo littere dormitanti, & putida rusticorum interpretatione verba ab se torfit, sed quasi captiuos sensus in suam linguam victoriosius retransposuit. Nec hoc mirum in ceteris saculis, videlicet, aut ista teneri Ecclesia viris, cum septuaginta interpretes, & Euangelista, atque Apostoli idem in sacris voluminibus fecerint. In omnibus vero exemplis ostendit, non sensum esse pugnantem, sed verborum, ut Marci. 5. Zach. ii. Sed & in Hebraeo, cum sensus idem sit, verba praepostera sunt, & pene diuersa. Accusant, inquit, Apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico, nec Septuaginta congruat translatoribus, & quod his maius est, erret in nomine: pro Zacharia quippe Ieremiam posuit, sed absit: hoc de Christi pedissequo dicere: cui cura fuit, non verba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Hieronymus in eadem Epistola docet saepius Euangelistas & Apostolos errare non posse. Nec tamen illa explicat, sed aduersariis concilianda relinquit, ut illa quae magis discrepare videtur ipsi conuenire doceant, eo loco Hieronymus quoque modo Hieronymum excusent, cuius verba verbis, non statim respondent, sed sensibus, sensus. non conuenientiam in c. i. Ezech. Theodotionem reprehendit illa dicit, qui quod contrarium apparebat, omisit. Quod, se pugnatia quirit: Et animalia currebant, & eueriebantur quasi species videntur. Bereh: de editione Theodotionis in Lxx. additum est. Qui (ne contra priores duas sententias Propheta dicere videretur) hoc quod putabant esse contrarium, id est & animalia currebant, & eueriebantur, silendum putauerunt, ne legenti scandalum facerent. Melius est autem in diuini libri transferre, quod dictum est, licet non intelligas quare dictum sit: quam auferre quod nescias. Alioquin & multa alia quae ineffabilia sunt, & humanus animus capere non potest, hac licentia delebuntur.

Sensit Hieronymus, quod & Augustinus Epist. 96. Solis & omnibus libris Apostolicis fidem habendam. Ego enim facior caritati tuae, solis eis Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didicisse hunc morem, honoremque. Nullus deferre, ut nullum eorum autorem scribendo aliquid errasse firmitissime credam, ut si aliquid in eis offendero, quod videatur contra scripturam veritatem: nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, propter errorem vel meum non intellexisse, non ambigam. Alios autem ita iubeo, ut quantumlibet sanctitate, doctrinaque prepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos autores Canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, perscrutare potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliquid aliud existimo: prorsus, inquam; non te arbitror sic legi libros tuos velle, tanquam Prophetarum & Apostolorum: de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est.

Nur

Nunquam igitur, ne semel quidem admittendus est, nec lingua lapsus vel memoria in Scriptore Sacro. Cum enim diuina litera a Deo ad nos sine missa, in Deum culpa turpitudineque mendacii transcriberetur, quod si humana fragilitatis errores diuinae veritati dicamus admistos; non potest nobis de authentica scripti fide constare, nisi quid sincere diuinum, quid hominum initio adulteratum sit, ostendatur. Hieronymus etiam nymus sane grauiter se excusat Augustino, ne officio sum mendacium defendere videatur. Ego, inquit, imo alij ante me exposuerunt causam, quam putauerant, non officium mendacium defendentes, ut tu scribis, sed ostendentes honestam dispensationem, ut & Apostolorum prudentiam demonstrarent, & blasphemantis Porphyrii impudentiam coercerent.

§. 3. Rationes Erasmi nullius momenti sunt. Est Christus solus veritas, nec tamen Apostolorum Scriptura mendaces, quia in illa loquitur veritas. Mentiri potuerunt & Apostoli, sed cum Spiritu sancto agentibus locuti sunt, aut scripserunt, nec fallere, nec falli potuerunt. Dissensit a Barnaba Paulus; & errare hac in re potuit alteruter; at non in dogmarum expositione, sed re externa, de Marco vel assumendo vel relinquendo. Vtrique sua fuit ratio, cui melior, ille nouit, qui corda scrutatur & renes. Paulus respuit defectorem operis Dominici; Barnabas redeuntem amplectitur. at in Scriptura tradenda ne hic, nec ille aberrauit. Quod ad librorum menda attinet, non sunt illa Spiritus, vel Apostolorum, quae ex aliis exemplaribus facile corriguntur: & ea pauca sunt, de plerisque certo constat.

VERSVS II.

Et procidentes adorauerunt eum.

QUESTIO I.

Quomodo adorauerunt?

§. 1. **Q**uia dicuntur intrasse domum, plerique putant, hospitium Iosephum interea quassisse, dilapsis qui censi fuerant. Ita Maldonatus, alijque Plures Hieronymum Epist. 17. & 18. sequuntur, & in spelunca adoratum aiunt. Res incerta est. Nam Hebraicum *בית* quamuis habitationem significat. Ita in quoque Psal. 103. 19. vbi 70. *Et quid sit in rebus ubi erodit habitatio.* Sic Psal. 84. 4. Nidum significat. 1. Reg. 7. 1. Sepulchrum. Exod. 12. 19. dicitur *בית* domus laci.

§. 2. De errore Caluini, Piscatoris atque aliorum, qui eundem tantum adorationem Orientali more arbitrantur, supra dixi. Alter error grauior est Vbiquitarianum, qui carnem Christi nimium adorant, non ut Deo hypostatice tantum unitam; sed ut diuinis attributis dotatam, aeternam, omnipotentem, & humanitatem Deitati parem faciunt, naturarum proprietas confundentes. Hac de re ita orthodoxi sentiunt, Christum adorari eo cultu, qui vero Deo debetur; Deus enim est. Deinde cultum istum deriuari etiam quodammodo ad humanitatem; quae diuina personae hypostatice coniuncta est, non quod in eam terminetur, eamque ut obiectum habeat, sed improprie, quemadmodum vestis adorari dicitur, cum Rex adoratur, & corpus coadoratur, cum anima; quamuis in veras, similitudine aliqua dissimilitudo sit. Denique potest quispiam cogitatione atque animo solam in Christo humanam naturam spectare, eamque ut Deo gratam, omnibus creaturis maiorem, minorem cultu adorare. Quemadmodum illi qui Christum in hac vita, signati Deum esse, velut virum sanctum, & Prophe-

tam adorabant. Non enim, si quis ita adorare velit, Deum esse negat, sed cum duae sint naturae, duo intellectus, & voluntates, humanitatem hyperdulia adorant. Hoc tamen nec facile faciendum iudicio priuatum, & publice nunquam; ne illo modo adorationis diuinitatem negare videamur. Adoremus igitur Christum Deum, ut & Magos fecisse testatur S. Leo, Serm. de Epiphania. *Adorant magi in carne verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, in hominis veritate Dominum maiestatis.* Porro munera non tantummodo orientali ritu, sed mysterio, omnium iudicio obtulerunt, Deum, hominem, regem professi.

VERSVS 12.

Et responso accepto in somnis.

QUESTIO II.

Rectene noster dixerit Responso?

§. 1. **L**eue est, non omittendum tamen, quod Beza nostrum interpretem carpit, *ἡ δὲ ὁρασις* vertit ipse, diuinitus admoniti. Vulgata, inquit, *Responso*, non satis proprie; quia percontantibus datum responsum datur. Erasmus, oraculo admoniti. Ego vero *ἡ δὲ ὁρασις* religionem nullam statuo in vocebulis; tamen oraculum lubens refugio, veluti idolorum superstitione contaminatum. Contemnerem ista, nisi viderem Bezam aliosque suis in commentariis solis istis se iactare. Critico igitur respondeamus. Graeco est *ἡ δὲ ὁρασις*, hoc est, oraculo admoniti, Syrus habet *בְּחִלְיוֹתָא דְּהַרְוָה* & visum est illis in somno. Recte vero noster Responsum vertit *ἡ δὲ ὁρασις*. Et si enim facile concederemus, quod Beza asserit, Responsum non nisi percontantibus dari; non tamen nobis reuelatum est, Magos inter gaudia, precelque de itinere Deum non percontatos. Christum esse credebant, longo itinere venerant, adorant; de reditu, omnique vitae ratione in posterum agenda instructi cupuerunt. Nec dabito eos de reditu ad Herodem ancipites fuisse. Tyrannum viderunt, turbatum, cruentum, profanum, nullum mitti ab Herode, nullum a gente Iudeorum legatum. A Iosepho de statu Republicae, & moribus Herodis edoceri potuerunt.

Pii cuiusque est tali in loco ac tempore omnia diuinae prouidentiae enixius commendare, auxilium ab ea petere. Ad haec ergo responsum acceperunt, itent per aliam viam in regionem suam. Responsum igitur est percontantibus datum. Quod si quispiam respondeat, interdum dari responsum ad ea, quae non rogabantur, sed rogari poterant; facile superciliosam censuram excutiet. Certe respondere ad tempus dicitur creditor, qui non appellatus rem dissoluit. Responsum diuini vocatur, quae rogati, vel non rogati essent. Virg. 9.

Nil me fatalia terrent

Si qua Phryges pro se tallant responsa Deorum.

Sic cum responso diuini dicuntur horrere Cassia regina. Sane tum de Romanis nihil scitanti erant Cassii.

§. 2. Iniuria etiam Erasmus reprehenditur, quod vertit oraculum, quasi vox ea contaminata sit. Oraculi primo quidem vetus interpres frequenter ea voce v. vox notatur, tam pro propitiatorio, quam diuino responso, est infatu. Cur autem diuina oracula non nominemus, est infatu, etiam oracula demonum? Augustinus cap. 6. de diuinatione Daemonum ea voce vtitur liberrime. Haec atque huiusmodi facultate multa Demones futura praenun-